



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

Kiene, Johann Georg

Constantiae, 1629

18. Impositio Decimarum, & aliorum onerum in Ecclesiasticos sine licentia
Papæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42214

state usurpata, ubi solent Domini bona Ecclesiae usurpare et sequestrare, ideoque fures et milites qui haec furantur non incidunt in hunc Canonem, ut bene Scottia ex Natv. et aliis Epit. 29. docet et infra theor. 147. Vide Concil. Trid. Sess. 22 cap. vlt. Usurpare dicuntur, qui sine iusto titulo aliquid sibi appropriant, vel de illo disponunt, iuxta Cap. Pœnale 4 q. 5. Sequestrare qui impediunt aut separatim reponunt ne eiusmodi fructus ad Ecclesiasticas personas perueniant.

XVIII. Imponentes decimas & alia onera personis Ecclesiasticis, Ecclesiis, Monasteriis, aut eorum bonis ac prouentibus sine expressa licentia Papæ impositas. Item exigentes vel sponte oblatas recipientes. Nec non qui per se vel per alios directe vel indirecte talia facere, exequi procurant, aut in-

in eisdem consilium, auxilium, fa-
uorem præstant. Tributa intelli-
ge aut exactiones tales quæ vel à
bonis, vel personis Ecclesiasticis,
nō de iis quæ temporaliter seu uti
ciuiles possident (vt potè de Cor-
pore Reip. ciuilis sciunctæ.) has
autem exemptiones credibilius
est personas Ecclesiasticas iure hu-
mano obtinuisse apud S. y. r. t. 2 de
Censuris. l. 3. c. 22. num. 8 In clausu-
la huius classis innouantur Cano-
nes Con. Lateranens sub Alexan-
dro 3. c. 4. & 9 & s. b Leone X sess.
9. de Immunitate personarum Ecclesia-
sticarum Vide Cap Non minus de im-
munitate Ecclesiistarum & ca Aduersus:
quæ per hanc Constitutionem pristinū vi-
gorem affequuntur. Scrit. Epit 29. §. 4.

XIX. Judices & magistratus
seculares, notarii, executores, quo-
modolibet se interponentes in cau-
sis capitalibus seu criminalibus
contra personas Ecclesiasticas fine-

spc-